[illegible] celestis ordinis sedm .m. tullium.

Proslabanomenos.	Luna.
Ypateypaton.	Mercurius.
Parypateypaton.	Uenus.
Lichanosypaton	Sol.
Hypatemeson.	Mars.
Parypatemeson.	Iuppiter.
Lichanosmeson.	Saturnus.
Mese.	Celum.

sedm boetiu.

Hypatemeson.	Saturnus.
Parypatemeson.	Iouis.
Lychanosmeson.	Mars
Mese.	Sol.
Tritesinemen.	Uen.
Paranetesinemen.	Mercuri.
Netesinemen.	luna.

QUI NERUI QUIBUS SIDERIBUS COMPARENTUR

Illud tantu interim desuperiorib; thethracordis addendu uidet quod ab hypate meson usque
ad neten quasi quoddam ordinis disiunctionisq; caelestis exemplar e. Namq; hypatemeson
saturno ÷ adtributa. Parypateuero iouiali circulo consimilis e. Lichanos meson marti tradi
dere. Sol meson obtinuit. Tritensinemmen uenus habet. Paranetensinemmenon
mercurius regit. Netaute lunaris circuli tenet exemplum; Sed marcus tullius contra
rium ordine facit. Namin sexto libro de republica sicait; et natura fert ut extrema
ex altera parte grauit. ex altera aute acute sonent; Quaobcausam summus ille caeli
stellifer cursus. cuius conuersio ÷ concitatior. acuto et excitato mouetur so[no]. Grauis
simo aut ibit lunaris atq; infimus. Nam terra nona immobilis manens. una sede semp
heret. hic igit tullius terram quasi silentiu ponit. scilicet immobile; Posthanc qui pximus
a silentio ÷ dat lune grauissimu sonu. ut sit luna proslambanomenos; Mercurius hypate
hypaton; uenus parhypate hypaton. Sol lychanos hypaton; mars hypatemeson
Iuppiter parhypatemeson. Saturnus lychanos meson. Caelum ultimu mese. Quae ue
ro sint hae immobiles. quae uero in totu mobiles. quae aut int immobiles mobilesq; consistant.
Cum de monocordi regularis diuisione tractauero. erit locus aptior explicandi;

QUAE SIT NATURA CONSONANTIARUM

xxvii Consonantiu uero licet aurium quoq; sensus diiudicet. tamen ratio ppendit; Quotiens
enim duo nerui uno grauiore intendunt. simulq; pulsi reddunt pmixtu quodamodo et sua
uem sonum. duaeq; uoces in unu quasi coniunctae coalescunt. tum fit ea quae dr consonantia.
Cum uero simul pulsi. sibi quisq; ire cupit. nec pmiscent ad aure suaue atq; unu ex duobus
compositum sonu. tunc ÷ quae dr dissonantia.

UBI CONSONANTIAE REPERIANTUR

xxviii In his aut coparationib; grauitatis atq; acuminis. has consonantias necesse e inueniri. quae sibi
comensuratae sunt. id ÷ quae notam possunt commune habere mensura. ut in multiplicibus
duplu quod ÷ illa pars metitur. quae int duos ÷ terminos differentia. ut int duo et quattuor binarius
utrosq; metit. Int duos atq; sex quae tripla e. binarius utrosq; metit; Int noue atq; octo eadem unitas est.
quae utrosq; metiat. Rursus in superparticularib; si sesqualtera sit pportio. ut quattuor ad sex. est bina
rius qui utrosq; metiat. Qui scilicet utrorumq; ÷ differentia; quod si sesquitertia sit pportio. ut si octo
senario comparentur. idē binarius utrosq; metitur. Id uero non euenit in ceteris generibus
inaequalitatu quae supra retulimus. ut in superpartiente. Nam si quinariu ad ternarium

Licenza: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 46 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/it/sbe/0298/46)